



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annotationes Ioannis Bugenhagij Pomerani in decem epistolas Pauli

Bugenhagen, Johannes

Basileae, 1524

VD16 B 9232

Capvt VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36165

textus requirat: credo, ut iudicium hic non intelligas illud Christi extremum, sed iudicium humanū in hac uita, quod supra commisit Timotheo. Sic dicit: Manifesta peccata procedunt ad iudicium, id est non indigent iudicio, uel ut iudices, siue sententiam de eis proferas, quia iam iudicata sunt. Aliquorū uero peccata subsequuntur: id est, postea nota erunt. Ex fructibus enim cognoscetis eos. Sic & opera bona manifesta sunt ante: id est, antequā iudicentur, uel de eis sentētia feratur. Ea uero quæ secus habēt, id est in occulto male fiūt, aut uelut bona sese per hypocrisim uenditāt, occultari non possunt, id est suo tēpore prodentur. Tūc ergo iudicandi sunt ab ecclesia mali, quando malos esse notū fiet. Non maculauit Christum, quod Iudā habuit apostolū, ceteris nesciētibus, quod esset diabolus & proditor. Nam interim nō male docuit, officiū non neglexit, nemini scādalo fuit, &c. Sic & de manifestis fructibus carnis & spiritus legis ad Gal. 5.

CAPVT VI.

Quicumq; sub iugo sunt serui, &c.

Prima ad Corin. 7. dicitur. Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est frāter, in hac permaneat apud deum. Apud deū, inquit, ne credas te in conditione turpi oportere manere, quādo uenias ad fidem. De oībus ergo medijs intellige. Media sunt siue indiffe-

ANNOT. IOANNIS POMERANI

rentia omnia externa, præter ea quæ prohibet. Non ergo refert, Christianus siue Iudæus sit, siue gentilis carne, siue seruus sit, siue dominus, siue mas sit siue femina, siue sutor siue consul, siue rusticus siue princeps, &c. Serui igitur non negligunt officium, quia Christiani facti. Nam hanc conditionem eis deus dedit, ut in hac uitam transigant, nisi melior sese libertatis etiam corporalis obtulerit occasio, sine domini iniuria, aut cum domini uoluntate. Seruiant ergo cum bona conscientia: siue dominis gentilibus, quia hoc gratum deo est, ne blasphemetur Euangelica gratia, sed comendetur potius, quod tales faciat seruos, talesq; homines, siue Christianis dominis: quia iam non tam dominis, quam fratribus seruiant, de quo etiam gaudeant, quod tales habeant dominos, qui turpia exigere non possunt. De hoc loco uide in epistola Petri, & sepe alias in Paulo.

Hæc doce, &c.

Omnia repetit quæ dixit. Nam (quod & in principio monuit) aliud docentes uitari uult: id est, illos (ut ait) qui non accedunt sanis sermonibus Christi, & doctrinæ quæ ad pietatem tantum pertinent. Hic uides hæreticos esse omnes, & excommunicandos, qui aliud docent. Vides quoq; omnes epistolas Pauli nihil aliud esse, quam sermones Christi, & doctrinam quæ solum spectet pietatem. Quomodo enim alia doceret, quæ ipse excommunicationis maledicto uetat? Aduer-

he hic quàm egregie depingat illud genus doctorum,
 qui aliud docēt, scilicet esse homines inflatos, ignoran-
 tes, insanientes ad inutiles quæstiones & disputatio-
 nes de genealogijs, de iudaicis fabulis, de animabus se-
 paratis, de choris angelorū, de fictis reuelationibus,
 de humanis traditionibus: de his quæ scriptura nō no-
 uit, ex quibus nascitur inuidia, &c. dum quisq; se præ-
 ferre sua sapientia nititur. In summa dicit esse homi-
 nes, quibus adēpta est ueritas: id est, fides in Christū,
 qui omnia tentant, qui quæstui suo consulant: uocant
 tamē interim quæstum pietatē: id est, gloriam & cul-
 tum dei. Hic uides sophisticos theologos, & papisticū
 regnum, de quibus rursus in fine. O Timothee, &c.
 ubi iubet eos excōmunicandos, & eorum doctrinam
 uitandā, quod habeant ficta & inania uocabula, quæ
 scriptura non nouit, & opponant scientiam suam quæ
 scientia non meretur dici, sed inscitia & insipientia:
 quā pfitentes, à fide & à scopo uero aberrauerunt.
 Isti sunt q̄ liberū arbitriū habēt pro gratia, rationem
 p̄ fide, opiniones pro iudicio spiritus, doctrinas homi-
 nū pro doctrina sacra: quibus nihil in ore est, quàm pri-
 matu Petri, fides acquisita: uniuersalia, formalitates,
 actus elicitus, intellectus agens, intellectus possibilis,
 cōnotata, relationes rationis in peccatis, &c. q̄ quasi
 doctissimi quauis de re disputāt, & aliter sentiētibus
 se sua sciētia opponūt, &c. Sed hoc est, inquit Paulus,

1. b. c. r. m.

ANI
 et. Non
 gentilis
 iue soc-
 inceps,
 Christi
 it, ut in
 s etiam
 ia, aut
 conscio
 um deo
 mende
 omnes,
 quàm
 ales ha
 De hoc
 lo.
 princi-
 illos (ut
 & do-
 c uides
 i aliud
 il aliud
 ue so-
 ceret,
 aduer-

ANNOT. IOANNIS POMERANI

à fide longe abesse, & non esse Christianos, qui se
piëtissimos, & hæreticæ prauitatis extirpatores in-
stitant. Seiungere, inquit, ab his qui eiusmodi sunt.

Est autem quæstus, &c.

Quid attinet falsa sciëntia & humana doctrina pro
quæstu seducere mundum, cum quæstus uerus sit &
magnus, habere pietatem, & esse sua sorte contentus?
O uerbum breue & suauissimum, quod creditum fa-
cit in utraq; uita beatos, & mente pacatos, Contra,
qui non curata pietate, sua sorte nolunt esse contenti
sed uolunt ditescere: id est, uoluntatem quam deo de-
bent, consecrant mammonæ, incidunt in tentationem
& laqueum, &c. quia pro consequendo lucro incipi-
unt agere contra conscientiam, & perdunt fidem, sic
cut uides in Euangelio de semine, quod cecidit inter
spinas. Ceterum attende quod dicit, qui uolunt diuites
fieri, non contenti sua sorte: & non dicit, qui diuites
sunt. Nã diuitiæ sunt media, qbus spiritualis recte uti
potest. Hoc est qd' infra dicit: his qui diuites sunt &c.
ubi præscribit qd sit recte uti diuitijs, si qui eas habet.

De laboribus multis.

Id cum accidat omnibus qui solitudinem deo non
relinquunt secundum Euangelium: Nolite solliciti es-
se, &c. Quid putas futurũ de illis, qui cõtra cõscienti-
am & pietatem audent quærerere sua lucra? &c.

Tu uero homo dei.

Nā ad eū non pertinet, qui uult seruire mammonæ.

Sectare iustitiam, &c.

Per hæc cum deo agimus. Sectare charitatē, patientiam, mansuetudinem: per hæc cum proximo agimus. Hæ sunt diuitiæ Christianorum, de quibus Christus dicit: Primum quærite regnum, &c.

*Similia
hominum*

Certa bonum certamen fidei.

Persta in fide, & nullis cede uel aduersis, uel aduersarijs, ut agas uel omittas contra tuæ rationem fidei: id est, contra id quod iam doctus sentis. Adprehende uitam æternam, ut hanc uitā pro ueritate cōtemnas, ne huius uitæ amore contra fidem aliquid committas, aut in aliquo cedas aduersarijs. Ad quā, inquit, uocatus es. Christianus homo ad mortem huius uitæ, & quicquid ex Adā nostrū est, uocatur, & nō perficitur eius sanctificatio, donec omnia intercant. Tantum enim apprehendit uitæ æternæ, quantum ei quotidie baptizante spiritu & igne, decedit ex hac uita. Hæc est mortificatio ad uitam. Dum ergo uocaris ad uitā, certus esto hoc ipsum sine morte fieri non posse. Sine cruce non glorificatus est Christus, ita nec Christianus sine cruce glorificabitur.

*Vocatio
hoī ad
mortē hō uita*

Et professus es bonā professionē.

Scilicet in baptismo, cui solebant Christiani adesse,

RANI
qui se
tores is
i sunt.
rina pro
rus sit
ontenti
litum fa
Contra
contenti
a deo de
ationem
o incipi
dem, se
lit inter
diuites
diuites
recte ui
nt &c.
habēt.
eo non
iciti ef
cienti-

ANNOT. IOANNIS POMERANI

ut sciretur hic esse frater qui baptizabatur, cuius iam confessionem adstantes, ceu testes audirēt. Nisi hic uelis intelligere Timotheum hanc professionem docendi populum, & episcopi munus suscepisse coram multis testibus: id est, presente populo Christiano.

Præcipio tibi coram deo, &c.

Vides in hac epistola, quanta cura commendet Timotheo, quæ sunt muneris episcopi: præcipit & adiurat per omnia Christianorum sacra, sicut sæpe uidetur id quod nõ facit in alijs epistolis. Nimirum ostendens in hoc negocio pendere omnia: quod si non pie curetur, relicta doctrina pietatis, oĩa quæ Christiana sunt, intereūt, sicut factũ uidemus. Vnde hic præcipit coram deo, qui uiuificat omnia: & coram Christo, qui à professione sua non decessit, cum erat adiudicandus morti, ut uitam ad quam uocatus est Timotheus, & professionem quam professus est, mordicus teneat, etiam in cõspectu mortis & inferorum: id est, ut seruet mandatum quod accepit, immaculatus coram deo & irreprehensibilis coram hominibus usq; in finem. Imprimis enim necessariũ est episcopo, ut faciat quæ sui muneris sunt: ad quod certe indiget non paruo spiritu, necessè quæ est, ut iugiter postulet à deo: alioqui nihil efficiet.

Vsq; ad apparitionem.

Christiani ueri sic omnia deponunt, ut parati & uis

IN EPI. PAV. AD TIM. I. 100

gilantes possint occurrere Christo uenienti ad iudicium, scientes & se tunc glorificandos. Sicut de quinque prudentibus uirginibus habet parabola. Id quod legis ferè ubiq; in nouo testamento, præcipue in concionibus Iesu saluatoris, & epistolis Pauli: ad quem diem hac uita perfuncti omnes seruantur exuscitandi, & tales seruantur, quales hinc abierimus. Tunc omnes simul reprobi damnabuntur, omnes simul electi glorificabuntur.

Et solus habet immortalitatem.

Frustra ergo aliunde petieris, ut sis immortalis. Ita solus habet immortalitatem, sicut solus habet uitam, qui & ipsa uita est. Cæterum de immortali & beato deo dixi quoq; supra cap. 1.

Lucem inaccessam.

Id est, hominibus incomprehensam: id quod exponit dicens, quem uidit nemo, &c. Vide annotata Ioan. 1. & Esaiæ 6. Vnde ergo cognoscimus deum, sine quo non possumus esse beati? Respondeo, lege 1. Ioan. 4. & inuenies.

Depositum.

Id quod tibi creditum est, scilicet doctrinam & officium.

F I N I S.

12 4